


Johann Nicolaus Quistorp

Programma Sistens Memoriam Viri Summe Reverendi ... Domini Johan. Petri Gruenenbergii, Philosoph. Et SS. Theolog. Doct. ... D. V. Januarii Pie Et Placide Defuncti, Ipso Solenni Exeqviarum D. XXVII. Ejusdem Mensis, Anni MDCCXII. P. a Facultate Theologica, Interprete

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi, [1712]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1806869799>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme
in alphabetischer Ordnung der gefeierten
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenberg, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
43. Sandow, David. 1752.
44. (Saß), (Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne). 1787.
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
47. Schmidt, Jonas. 1745.
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
50. Gens Schuckmannia. 1706.
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
56. Senst, Johannes. 1723.
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.
60. Stever, Christian Michael. 1722.
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





**PROGRAMMA
SISTENS MEMORIAM
VIRI**

*SUMME REVERENDI, AMPLISSIMI, atque
EXCELLENTISSIMI*

DOMINI

**JOHAN. PETRI
GRUENENBERGII,**

**PHILOSOPH. ET SS. THEOLOG. DOCT. ET
PROFESS. PUBL. ORDINARI, NEC NON TRACTUS INTEGR
SPECIAL. MECKELBURGICI SUPERINTENDENTIS VIGI-
LANTISSIMI, CONSISTORIIq; DUCALIS CONSI-
LIARII GRAVISSIMI, &c.**

D. V. JANUARIIPIE ET PLACIDE DEFUNCTI,

**IPSO SOLENNI EXEQVIARUM D. XXVII.
EJUSDEM MENSIS, ANNI MDCCXII.**

P. P.

**à FACULTATE THEOLOGICA,
INTERPRETE**

**JOHAN. NICOL. QVISTORPIO, D.
HODIE FACULT. S. DECANO.**

ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, SEREN. PRINC. & Acad. Typogr.



Amentabile & luctuosum præter omnem expectationem funus nomine Collegii Theologici indicare hodie tenor. Sub decursum anni elapsi cum Facultate Philosophica, imo tota Academiâ deploravimus Collegam pie defunctum. Consultiss. & Excellentiss. Domin. HENRIC. CHRISTIANUM THIELKEN Oratorem & Almæ nostræ, & Jurium Doctorem Celeberrimum, ut nobis citò ereptum. Nondum convalluit vulnus illud, novus ictus incutitur sub auspiciis Anni perD. G.cepti: nullus autem vehementior dolor est, quam si in ea parte, quâ jam ante male affecti sumus, telum novum intorquetur, quod altius penetrat, quo in molliora incidit, ingeminatque acutiorem sui sensum. Vach, Quem superioribus diebus facundissimum in Cathedrâ Academica inprimis, & nonnunquam Ecclesiasticâ dicentem audivimus, is in triste scribendi Argumentum hodie cessit. Dissertissimi oris Theologus, Vir Summè Rever. atque Excellentiss. Dominus JOHANN. PETRUS GRUNENBERGIUS S. S. Theolog. Doct. ejusdem Profess. P. O. Districtus Mecklenburgici Superintendens Vigilantissimus, Consistorii Ducalis Consiliarius Gravissimus, Collega olim noster Conjunctissimus, non sine lachrymis nominandus, magno Ecclesiæ, magno Academiæ commodo natus, cum propter singulare ingenii, judicii que limati acumen, solidiorem rerum humanarum, divinarumque cognitionem, Eloqvii nitidissimum flumen, rerum tam Theologicarum, quam Civilium peragendarum dexteritatem, aliasque, quibus eminuit ingenii dotes omnino mereretur, ut diutius nobis superesset, & ad grandævam Simeonis, tempore Nativitatis SERVATORIS N. Unici viventis, eumque in ulnas suas recipientis, ætatem pervenisset, in optimo virilis ætatis flore die Simeonis in Calendario S. non sine ingenti optimæ suæ conjugis, splendissimæ suæ familiæ, clientum suorum, imo bonorum omnium luctu denatus est. Quod ipsum quanto cum damno Ecclesiæ purioris, speciatim Academiæ nostræ conjunctum sit, æstimabit facile quotusquisque turbatissima tempora hæc nostræ & non parum labefactatum per hodiernos Fanaticos statum penitus noverit. Sed conquestibus & lamentis nil jam efficiemus, potius nos ita in solemnem tristitia hodierna geremus, ut quia alio honoris genere non licet memoriam piè defuncti sanctè conservare, virtutes GRUNENBERGII Theologi eminentioris velut speculam ac regulam in exili tabula proponamus, quo illi qui fortasse qualis fuerit D. GRUNENBERGIUS e luculentis meritis suis cognoscere nondum potuerunt, hoc nostris suffragiis contestatum Viri Excellentissimi habeant elogium, ac nostri Theologiæ Cultores speculam & regulam teneant in Eloquentissimo suo Præceptore, ad quam accurato semper studio sese componant, ut & ad summam gloriæ in Christo apicem aliquando ascendant. Vivere initium fecit non sat laudandus noster Beatus Anno 1668. d. 27. Januarii, qui hodie & dies sepulturae, memoriam JOH. CHRYSOSTOMI in fastis sistens, & quidem bono omine, cum ΜΑΚΑΡΙΟΤΗΣ hodie noster ore gaudens aureo eodem cognomine dignus abs omnibus bene ipsi volentibus reputatur. Patria fuit Harburga Lüneburgensium inclyta. Patrem veneratus est Virum Amplissimum & Præstantissimum Dominum CHRISTIANUM GRUNENBERG fortaliti Harburgensis, & munimentorum in re ædilitiâ ejusque rationibus Præstitutum olim fidelissimum, Sverini in lucem editum, ante paucos annos in Domino mortuum. Filius hic fuit optimi S. T. nominis jam & B. CHRISTIANI GRUNENBERGEN, rei annonariæ in Civitate Ducali nobis vicina Gustroviensi, Præfecti, & ANNÆ, HANNONIS SCHULTENII Civis, sedis h. t. Gratiostissimi nostri Principis ac Domini longe Clementissimi Ducalis Suerinensis notissimæ filicæ suavissimæ, & Matronæ virtuosissimæ. Matrem ad ultimum vitæ halitum laudavit Pientissimam foeminam MARIAM SCHRODERS optimam gnatam Domini PETRI SCHRODERI & CATHARINÆ SCHMIDLÆ, Civium Harburgensium olim probatissimorum, hodie adhuc supersitem, de cujus singulari pietate & precibus sibi quam maxime gratulatus est Collega N. æsumatissimus, quæ & hodie quam maxime dolet Filium suum optimum, Eundemque lachrymis manantibus acerbis deplorat, cui abs Deo N. in Christo omne solamen expetimus. Alebat expectationem publicam ingenua pueri

fueri educatio, quam prævia Sacramentali animæ lavatione, intra penates suos circum-
 specti instituerunt parentes & post privatam informationem Clarissimi Viri Domini JO-
 HANNIS SCHULZII Scholæ Harburgensis per 20. annos Cantoris, postea ibi Civis
 per quadriennium continuatam, curarunt in Harburgensi Schola instituendum, in qua
 Præceptores invenit viros literatissimos *Flikovium, Körbelinum, Ræmelingum, Hæ-
 pfnerum, Simonium*, inprimis vero *Henricum Wisenhausen* laudatæ Scholæ Rectorem,
 virum scholastica eruditione celeberrimum, quo duce jam decimo ætatis anno ad primam
 scholæ illius classem translatus, non tantum in Logicis & Rhetoricis Progymnasmatibus,
 sed & in Historicis, Geographicis ac Chronologicis egregie profecit, imo & Theologi-
 cis quæstionibus, ac controversiis, fundamenta sic satis conspicua utiliter posuit ac in-
 genii haud vulgaris prodidit initia, cum æquales condiscipulos suos prætervolaret
 longe, & ostenderet palam quæ olim, & qualis futurus esset. Integrum ita sexenni-
 um in prima istius scholæ classe formatus, annum attingens ætatis decimum septimum,
 supra cum laude citatus tunc temporis scholæ Rector aditum ipsi & Parentibus ad Academi-
 as suadebat, sed non persuadebat, habentibus rationem adhuc Juvenilis ætatis. Hinc ad
 illustre Cellæ Ducale Seminarium ex Consilio Patronorum se contulit, auditurus ibi Præ-
 cellentissimos Viros *Georgium Lundenium* Rectorem & *Laur. Albert. Delium*, tunc
 Con-Rectorem, postea Rectorem, viros in optima Literatura versatissimos, quibus se in-
 primis Clariss. *Delio* multum debere publicè aliquoties testatus est. Non autem per
 integrum annum cum laude citati *Delii* solidâ informatione potuit frui. Mox enim pri-
 ori suo in Patriâ Con-Rectori Reverendo & Clarissimo SIVERO, tunc *Osteribucensium*
 in Hadelia Pastori, idipsum postulanti redditus est, ut eo præeunte non modo in Rhe-
 toricis, tum communi cuique, tum præsertim sanctiori negotio in Ecclesia explicandis,
 sed & Ethicis, ac Politicis proficeret. Verum nec apud laudatum integrum exegit
 annum, cum propter periculosam piæ matris valetudinem domum vocaretur, quæ tamen
 per D. G. mox restituta est. Et jam XVIII. annorum juvenis Academiâ adire quam maxime
 appetiit, & *Helmstedtensem*, illustre illud Musarum receptaculum sive Academiâ patriam
 & vicinam Anno 1686. mense Aprilis adiit & mox inter Cives Academicos receptus ad stu-
 dium Theologicum, cui se à teneris dedicaverat, animum applicuit, proindeque cum
 Theologiâ scientiarum Principe, Philologiam & Philosophiam curatius excoluit. Præsibus enim
 Philosophis & Philologis t. t. NIEMEJERO, D. WIDEBURGIO & D. EISENBARTHIO usus
 elegantem sibi acquisivit in omni studio Philosophico scientiam Præeuntibus vero Theologis
 Excellentissimis & quidem D. HEIGELIO, BURMANNO MEIERO, CALIXTO *juniore*, Theo-
 logiam Exegetic. Theic. Polemicam, Moralem omni studio & attentione pertractavit, ut pluri-
 bus hæc deducta legi possunt in Programmate B. nostri *Habichorstii* Disputationi Inaugurali Be-
 ati nostri præmissa Anno 1698. ejusdemque Rostochio literato Anno 1699. publicato, sub ru-
 bro GRUNENBERGII. Biennio sic laudabiliter in Academia Patria peracto domum voca-
 tus Parentibus & Patronis se stitit. Ad majora autem tendens, alia invisere loca, ut
 omnem sibi cum Deo acquirat, eruditionem, anxie desideravit, & mox Hamburgum
 nobile illud Emporium & Eruditissimorum Virorum receptaculum salutavit, ut non tan-
 tum ibi in homiliis, ex tota Germania conquisitos Orthodoxos & Excellentes verbi Divini
 Præcones & Doctores audiret, sed & in vicinia *Altonavia* sic dicta urbe, ubi reperitur
 colluvies Pseudo Christianorum & obtenebratorum Judæorum, dictorum sacra & ritus in-
 tueri & cognoscere comode posset. *Hamburgo* mox *Cellam* Potentiss. Ducum Lune-
 burgensium reversus, prævio examine & concione præmissa, à Candidatis Ministerii S. fu-
 turis, juxta optima statuta postulato, dirigente celeberrimo Antiquario & Theologo B.
 HILDEBRANDO, ut Superintendente supremo, inter Candidatos officio S. dicandos cum ti-
 tulo sufficientissimi relatus est. Cum autem flagraret amore studiorum excolendorum,
 Anno 1689. Illustrem *Kilianam* Academiâ visitavit faventesque invenit magni nominis
 Theologos KORTHOLTUM, WASMUTHUM, FRANCKIUM, OPITUM ibique suâsu Ex-
 cellentissimi Philologi, & hodie Theologi famigeratissimi *Opitii* t. t. Decani Facultatis Philo-
 sophicæ Spectatissimi, honore Magisterii petiit atque nomen decusque Philosophiæ Do-

storis obtinuit, eodemque Praeside, jam & Professore Theologo, per dogmaticas universae
 Theologiae theses opponendo & respondendo se eruditus ostendit, quod sit Theo-
 logiae cultor strenuus. *Kilia Fridericopolin* sive *Friderichsstadt* in vicina *Holsatia* sitam,
 concessit, ibidemque, moribus Pontificiorum, & Reformatorum sive Calvinianorum, nec
 non *Quackerorum* & *Memnonistarum* non ita pridem *Altonaviae*, (ut supra meminimus)
 exploratis, jam quoque *Labadistas*, *Arminianos* & *Socinianos* visui & sermonei subiecit, mox
Slesvico, arce adherente *Ducali*, *Gottorpiâ*, cum *Tönningâ* & *Rensburgâ* nec non
Glückstadio reliquisque *Holsatiae* Civitatibus, visis, sub finem *Anni 89.* elapsi seculi *Patrios*
Lares denuo salutavit. Verum ut se in dies magis commendaret *studiorum elegantiorum*
Patronis, iter novum ad *Baravos*, *Britannosque* meditatus est. *Hamburgo* E. per mare
 in *Occidentalem* venit *Frisiam*, visisque ibi *Franeckera* & *Gröninga*, *Academiis illustribus*,
Amstelodamum usque tetendit, & mox nitidissimas uniti *Belgii* urbes ut *Hagam* *Comitis*,
Lugdunensem *Academiâ*, *Roterodamum* ceterasque civitates eminentissimas perillustravit.
 Tandemque ex *portu Helvoeschlyfiano* in *Britanniam* decessus, ventu secundo *Londinum* ve-
 nit, ac observanda accurate notavit. *Londino* *Hullam* profecturus horrenda trium-
 vix *Συμφορῶν* tempestate, quam sequi navis cogebatur, à littoribus *Angliae* abreptus, ad
Insulam viugo dictam *heilige Land* retrolatus, *Hamburgum*, ne & aliis se exponeret pericu-
 lis, in *programme* ad suam *Disput.* *Inauguralem* notatis, reverti coactus, est, nil magis
 dolens, quam quod *fata* propositum, videndi *Oxonium* ibidemque *instruclissimam* *Bi-*
bliothecam, mutaverint. Redux sic *autumnali* *anni 1690.* tempore factus, tantum omni-
 um *favorem* & *amorem* sibi conciliavit, ut mox ad *Recloratum Scholæ*, quæ *Otterndorffii*,
 in *primariâ* *Hadelorum* *Civitate*, sustentatur, fama *clarus* rite vocaretur *Recloratum-*
 que illum *præviâ* *solemni* *introductione* *Menf. Februar* *Anni 1691.* adiret. Mox
 memor *dulcissimæ* suæ *sponsæ*, *virginis* t. t. *Nobilissimæ*, *lectissimæ*, hodie *Mœstissimæ* *Vi-*
duæ, *ANNÆ* *MARIÆ* *Viri* *Prænobilit.* *Consultissimi* *Domini* *JOH. HENRICI* *KOP-*
KEN, *Causarum* *Patroni* apud *Luneburgenses* *Excellentissimi*, dudum autem *beate* *defun-*
cti, *Matronæ*que, *maximè* *piæ*, *CLARÆ* *MARIÆ*, (ex *celeberrima* *Scharffianorum* *Fami-*
lia) *SCHARFFIÆ*, *elegantissimæ* *filiae*, de quibus *sponsaliis* factis *pluribus* *legi* *meretur.*
B. Habichorffii *programma* & *Rostochium* *Literatum*, aliquoties *citatum*, omnibus *mo-*
dis in *id* *fuit*, ut tam *charissimum* *pignus* obtineret. Mox *voti* & *sui* ex *consensu* *Parent-*
um & *agnatorum* *compos* factus, *nuptias* cum *superiori* *anno* *desponsatâ* *sibi* *exoptatissi-*
ma *Bardovici* in *adibus* *desponsatâ*, *Summe* *Reverendi* *Superintendentis* *Scharffii*, ex
matre *Avi* *summe* *Venerandi* *d. 19. Maji* *Anni* *jam* *citati* *celebravit*, quod & *exoptatum*
B. nostro, quamvis *prole* *vacuum*, usque ad *extremum* *vitæ* *halitum*, *piâ* *concordiâ* &
mutuo *intensissimo* *amore* *fuit* *matrimonium.* *Recloratu* *Otterndorffii* per *tres* *annos*
fideliter *administrato*, *Deo* *ita* *disponente*, sub *finem* *Anni* *1693.* *optimus* *GRUNENBER-*
GIUS ad *Recloratum* *Lycei* in *Patria* *vocatus*, *vocationi* *parens*, sub *initium* *anni* *inse-*
quentis *1694.* cum *applausu* *omnium* *introducitur*, *scholæ*que *sic* *Patriæ* & *collegis* *ex* *parte* *olim*
Præceptoribus *præstitutus*, *spartam*, quam *naclus* *erat*, *summa* *cum* *laude*, nec *minore* *dexteri-*
tate, *ornavit*, *insuper* *ad* *populum* *pro* *concione*, ad *desiderium* *primo* *Summè* *Rever-*
endi *Superintendentis* *WALTHERI*, dein *Successoris* *Beati* *facti* *Admodum* *Venerabilis* *GU-*
STAVI *MOLANI* *sapius* *orthodoxe*, *facundissime* & *fructuose* *dixit.* *Hinc* & *prudenti-*
simus *Patriæ* *suz* *Senatus* *de* *ampliando* *ejus* *honore* *juste* *cogitans*, *consortium* *muneris*
Ecclesiastici, quod *jam* *adhuc* *in* *vivis* *B. WALTHERUS* *meditatus* *fuerat*, *Eidem* *offerri*
voluit. *Aliter* *autem* *Deo*, *omnium* *Diribitore* *prudētissimo*, *sapientissimo* *placuit*, *cujus* *mira-*
bili *directione*, per *sua* *instrumenta* *ibidem* *valida*, *Viros* *maximæ* *Facultatis*, *puto* *Gene-*
rosiss. *Domini* *de* *WACKERBART* *supremum* *arcis* & *civitatis* *Harburgensis* *Præ-*
fectum *Illustrem*, & *maximè* *Reverend.* *Dn.* *Superintendentem* *MOLANUM*, *Eminentissimo*
Virorum *Illustri* *A. G. a* *BERENSDORFF* *Potentiss.* *Duc.* *Brunf.* & *Luneburg.* *Primario*
Ministro *de* *meliori* *commendatus*, *mandatum* *de* *mox* *se* *sistendo* *Examini* *Consistoriali*, *sa-*
crumque *ordinem* *accipiendo*, & *in* *castra* *Brabantia* *sub* *Gloriosissimo* *t. t.* *WILHELMO*,
Anglorum *Rege*, *Heroe* *in* *comparabili*, *cundo*, *nil* *tale* *cogitans*, *improvisò* *accepit.* *Tristes* *colle-*
garam

garum, civium & discipulorum vultus observavit B. N. At prævaluit divina dispositio, cui cum semel se commisisset totum, nunc reniti nec voluit. Animosè igitur in castra ad pedestrem Generosissimi Domini de Luc, Chiliarchæ Præfectiqve Legionis Regii, cohortem jam ordinatus Pastor ivit, quâ occasione varias & perlustravit provincias & occasionem cum diversæ Religionis Viris eruditis conferendi accepit, quæ omnia referre meditationi programmaticis angustia non permittit. Talem; autem se in hoc munere gessit, ut à cohortibus aliis duabus, altera *Hollandicâ*, sub Sereniss. Principe Holsatiæ de Beck Chiliarchæ, Legionisqve Præfecto (qui & Confessionarium sibi elegit N. B.) altera vero Svecicâ *Bielkiana*, sub Illustri Comite de *Bannier*, Chiliarcha Legionisqve Præfecto, & animarum curator Anno 1697. fuerit petitus, & expetitus. Quorum omnium curam sacram omni fidelitate tenuit, bonoqve exemplo præluxit. Quos eo tempore sustinuerit labores, & varia quæ ipsi fuere suborta in Provinciis à vera Religione alienis enarrare nec pagina, nec tempus permittit. Restituta Anno 1697. Deo ita dirigente Pace, revocatis & cohortibus, iisque ex parte dimissis, restitutus est à *μακροβρύτης* toties citatus Patriæ, laborumqve ad tempus immunitatem adeptus, circa finem supra citati anni Sverinum ivit, visurus optimæ suæ socrus Fratrem B. Dn. D. *Scharffium* t. t. ibidem caularum Patronum Splendidissimum, subseq. autem Annis Consiliarium Ducalem Excellentissimum, cujus mox consilio Mens. Decemb. nostram Academiam salutavit, Eiqve se probavit Virum Literatissimum, mentemqve suam modeste exposuit, interprete Venerando t. t. Seniore Facult. Th. D. *Habichhorstio*, Ordin. Theologico de Characterè Academicò obtinendo, Facultatem Theologicam invenit paratam & Voto suo respondentem, moxqve admissus ad examen primum pro Baccalaureatu, in quo se omnibus Assessoribus exhibuit ut Candidatum Theologiæ dignissimum, disputationemqve Inauguralem. 20. Januarii Anno 1698. pro Baccalaureatu eruditorum ventilationi submisit ac cum omnium applausu erudite & facunde defendit. Hinc statim ex decreto Facultatis, abs cum laude memorato, Excellentissimo Domino *Habichhorstio* Baccalaureus Theologiæ solemniter fuit renunciatus, & porro ad decentem instantiam d. 27. Januarii, qui ipsi quondam Natalis fuerat, ad examen pro summo in Theologiâ gradu vocatus, hoc superavit omni Respondendi promptitudine. paratissimoq; animo. Nec non subseq. 29. cit. Mens. Disputationem Inter-Auguralem sub Decani Maxim. Rev. Domini, nunc B. *Habichhorstii* juxta statuta Facult. Theolog. moderamine, ipse Præses ad *Cap. 1. Matth. sifens Mattheum Eugenealogen* publicavit, omnibusq; Auditoribus sane tam in elaborando quam confirmando ac defendendo citatam materiam, satisfecit; seqvuta & statim est *Disputatio Inauguralis* pro gradu summo seu Doctoratu, die 10. Februarii Anno 1698. per integrum diem ventilata, in qua se quammaxime Characterè Doctorali dignum omnibus eruditus præbuit. Præliminaribus ita ad functionem in Theologicis summam rite positus, accedente efficaci commendatione Scharffiana, inprimis *Coppelaviana* illustris nominis Viri, invenit *Celsissimum ac Sereniss. Nostrum Principem Regentem Dn. Dn. FRIDERICUM WILHELMUM, Ducem Meklenburgicum &c. Dominum nostrum longè Clementissimum*, plane gratiosissimum, cumqve vacaret *Professio Theologica & Superintendentis Districtus Meklenburgici* functio, quam morte sua itidem præmatura Vir Summe Rever. D. *Schomerus*, optimæ memoriæ Theologus nostræ Academiæ eminentiss. vacantem fecerat, in laudati locum Clementissime à Patrono & Magnificentissimo Cancellario constitutus, Suerini, Mense Majo Anno 1698. ad officium Superintendentis solemnissime inauguratus est. Cum vero sine Doctoris publice renunciati Characterè Professoris functionem commodè sustinere non posset, mens. ejusdem Anni, Julio, die 12 in solemnissima festivitate, Promotore ac Decano, Doctore hod. B. ANDR. DANIEL HABICHHORSTIO, & Pro - Cancellario Illustri (quem adhuc per multos annos Pater benignissimus in Academiæ nostræ splendorem & Facultatis Theologiæ ornamentum velit servare incolumem) Excellentissimo D. JOHANNE FECHTIO, Collega nostro conjunctissimo, colendissimo, Facultat. N. Seniore gravissimo, gradum in Theologia summum

num., quem *Doctoratum* dicimus, rite reportavit, & sequente 14. ejusdem mensis die ad Professionem demandatam introductus, paucorum & dierum intervallo in Facultatem ut Ordinarius, praestito juramento, receptus est. Vidimus B. L. optimi N. Collegae natales, studia, munera coepta, Conjugium dulce; sed quam speculam conscendamus, ut Viri amplissima & per Ecclesiam atque Academiam late patentia merita pariter intueamur! Ait lucem nobis dabit *Vir Maxim. Reverendus* atque *Excellentissimus, Dominus KOEPKE-NIUS*, *Theol. Doct. & Profess. Publ. Ord. Celeberrimus*, Fautor ac Collega N. aeternatissimus, in *Domino defuncti Conjuncliff. Frater atque Affinis*, oculatus & auritus actionum GRUNENBERGIARUM testis infucatus, qui semper quasi ad latus sedit Celeberrimo B. GRUNENBERGIO, cujus verba concinne & eleganter exarata, ut accepimus, ne mutata quidem syllaba, ita sonant. Cum de Venerabili Domino GRUNENBERGIO, Fratere atque Affine nostro aeternatissimo desideratissimoque, iisque, quae ad ipsius laudabilissima vitae curriculum pertinent, aliqua notanda sint, profundam Viri Beati eruditionem oratione mea prosequi vix opus esse arbitror: de ea alias notare possem, quod sese non tantum ad exactam rerum Theologicarum, sed etiam Philosophicarum, & elegantiorum literarum accuratam cognitionem extenderit. Et has quidem uti magno cuilibet ornamento esse noverat, ita eas tenacissime amabat, & ex iisdem ingenia aestimare solebat, propria experientia persuasus, eos, qui humaniora negligunt, severiora studia raro feliciter tractare, nunquam vero accuratius comprehendere posse. Inprimis vero Eloquentia Romana magnopere capiebatur, qua simul ita erat instructus, ut de quacunque oblata materia, etiam non praemeditatus, promte atque eleganter, magno verborum apparatu dicere posset. Copiosa foret materia, si de felicissima ejus omnium generum Carmina, sive in Romana sive Vernacula lingua, pangendi facultate aliqua tantum commemorare velimus. Ea certe a propitia Natura ita instructus erat, ut sine mora, etiam praesente vel Typographo, vel eo in cujus gratiam scribendi erant, dulcissimos in varios casus numeros conficere posset. Philosophicis praeterea atque Philologicis Scientiis omnibus atque singulis, ita pectus permunitum erat, ut ubivis interrogantis spei non tantum satisfaceret, sed eam quoque profus superaret De consummata rerum Theologicarum scientia meum non est prolixis verbis sermonem instituere: eam ex veritate rei, Facult. Theologicae Venerabilis Dn. Decanus posteritati pro benignitate sua relinquet, & simul divinam GRUNENBERGIANAE memoriae vim, qua omnia semel lecta etiam longissimo post intervallo secundum omnes circumstantias accuratissime reddere poterat, si placuerit, depradicabit. Mihi vero nunc volupe erit, adjicere, Virum hunc tantis animi dotibus instructum, rerumque maximarum experimentis scientiisque eminentem, cum Anno 1699. a Seren. Principe & Dn. Dn. FRIDER WILHELMO Domino nostro Clementissimo, gravissimis muneribus esset praefectus, Ecclesiae sibi commissae, Academiae huic, imo universae rei Literariae nunquam non praesidio fuisse & adjumento. Adjuncta enim in ipso absolutissima doctrinae tanta erat probitas, tantus aliis inserviendi amor, ut ignorare potius voluisse videretur omnes literas, quam suo unius commodo eas sibi acquisivisse: tantum aberat, ut cuiquam, & si vires aliquando non deessent, detrimento esse cuperet. Quanto non studio & sollicitudine, Academiae commodis promovendis fuit deditus? Norunt id ipsum Honoratissimi ipsius Dni Collegae, quod nulli operae, nulli labori collum subduxerit, sed omnia ex voto fideliter effecerit: Norunt etiam Dn. Studiosi, quibus modo Sacratiss. Theologiae dogmata e limpidiissimis fontibus hausta tradidit, modo Libros Symbolicos, quorum doctrinas in Tabulas elegantissimas redegerat, proposuit, modo adversus errantium sententias delineavit, & quam omni nexu destituerentur, ostendit, modo vitam Christi Sectatoribus dignam agere per moralia praecipit, modo in Concione cum fructu verba affectus plena ferere docuit. Ita nullius facile memoriam fugituro esse arbitror, quam indelassabili labore, quanta mentis promptitudine, linguaeque facundia S. Scripturae paginas suis praelegerit, & ad penitentiorem universi Codicis S. cognitionem eos deduxerit: quam invicta solertia plenum opus alex, Genealogias pariter atque Chronologias V. T. aggressus fuerit, & in elegantissimorum quorundam Commilitonum,

qva

qui præstantiam & utilitatem utriusq; hujus studii æstimare noverant, commercio exposuerit, & universam Scripturam S. à spinosissimis illinc detortis objectionibus liberaverit. Mirandum certe, quod his aliisque negotiis maximopere distractus nihilominus ad scripta quædam edenda animum applicare potuerit. Superfunt autem sequentia literarum monumenta, maximam partem inter nocturnas vigilias, insuperabili studio, & soliditate hætenus inconcussa confecta: Dissertatio

- (1) *Inaugural. pro Licentia assumendi primum Baccalaureatus gradum, Præs. D. Habichhorst. habita, de Filio Dei ex Aegypto vocato ad Matth. II, 15. & Hof. XI, 1.*
- (2) *Dissert. Inter-Inaugural. hab. de Matthæo Eugenealogo. ad Matth. C. I. Moderatore D. Habichhorstio & Respond. Joh. Wichmanno Hamburg.*
- (3) *Dissert. Inaugural. altera pro Licent. assumendi Gradum Doctoris, eodem Præs. D. Habichhorst. De Filio Dei ex Agypt. vocato.*
- (4) *Dissert. exhibens septuplicem Usam ad Inaugurales habita Resp. Davide Henr. Kæpkenio. Lüneburg.*
- (5) *De Ministro Dei Impio, Resp. Caspar. Eberhard. zur Löwen / Kierspensi, Marco Guesphal.*
- (6) & (7) *Dissert. prior & poster. De Jesu Nazareno Resp. & Autore David. Henric. Kæpkenio.*
- (8) & (9) *Dissertat. prior & posterior De Discipulis Christ. ex Mammona iniquitatis sibi Susceptores in aterna Tabernacula conciliare iussis, ad Luc. XVI, 19. Resp. & Aut. M. Joh. Phil. Stahl. Hildesf.*
- (10) *Dissert. De Atheorum Religione prudentura, Resp. Joh. Henr. Schwart / Rulsh-Meckl.*
- (11) *De Matthæi Fide Genealogica in media Tesseradecade, ad Matth. I, 6--11. Resp. Joach. Prussing. Warena-Meckl.*
- (12) *Dissert. Inaugural. De Gratia præ mole peccati superabundante ad Rom. V, 20. Resp. M. Joh. Henr. Lenzio apud Fehr-Bellinens. Pastor. una cum Programmata Præsidis.*
- (13) *Dissert. De Salitura ad Ignem aeternum ad Marc. IX, 49. Resp. Joh. Henr. Bussenio. Gadeb. Meckl.*
- (14) *Dissert. exhibens Nucleum Protheoriae Theologicae, Resp. Bernharde Maurritio, Holsaro.*
- (15) *Dissert. De Samgare per stimulum boum victore, ex Jud. III, 31. Resp. & Aut. M. Mart. Wilhelm. Schmidt. Breg. Sil.*
- (16) *Dissert. De Bello Christiano licito Aut. & Resp. Josua Statio, Dobbr. Megapol.*
- (17) *Dissert. In Βιβλος γενεσεως Jesu Christi à Matthæo scriptam, Resp. Joach. Henr. Eggebrecht. Rostoch.*
- (18) *Dissert. De Saltatione Christiano licita, Resp. & Aut. Justo Statio. Dobbr. Megapol.*
- (19) *Dissert. de Apostolis s. Biblicis Apostolor. Actis usque ad Baptizatum Paulum, Resp. M. Joh. Eberh. Udam. Lalsia - Livono.*
- (20) *Dissert. De Apostolor. Actis Biblicis inde à Paulo baptizato usque ad S. Canonis finem Resp. M. Joach. Darjes. Rostoch.*
- (21) *Dissert. De Initio Sapientia ad Prov. IX, 10. Aut. & Resp. Joach. Andr. Queitschio.*
- (22) & (23) *Dissert. 2. De Ministro Dei Impio Resp. Helm. Christ. Schütz / Palao-Garzens. Mecklenb.*
- (24) *Dissert. De Peccatis Heroum Fidei Eminentibus Resp. Georg. de Sallern, Appenrad-Holf.*
- (25) *Dissert. Inaugural. De vitando privatae Communionis Separatismo Resp. & Aut. Johan. Sensio, una cum Programmata Præsidis.*
- (26) *Dissert. Inaugural. De Divina S. Ministerii Constitutione, ex Ep. ad Tir. I, 5. Resp. & Aut. Joh. Joach. Weidnero, una cum Programmata Præsidis inulatorio.*
- (27) *De Semine Davidis Christo 2. Sam. VII, 53. solitarie intelligendo, Resp. & Aut. Schottero, Buzovia Mecklenb.*
- (28) *Dissert. de S. Cæna Necessitate è Joh. VI, 53, asserta. Resp. & Autore Gerhard. Gerlingio, Sasato-Westphalo.*

His anumerandi adhuc sunt Tractatus nonnulli, uti sunt: *Doctrina Symbolica de S. Theologia Testibus Symbolicis, Principio primo, Fine & Subjecto; Tabulae Biblicae Oeconomicae, Tab. Bibl. Genealogicae; Die Beschirmung des Mostoffe*

schen Responsi in causa Bössana, & alia Facult. Theol. nomine composita, tum quoq; Concionem funebrem Meerheimianam ad Pl. XLII, 2. 3. & die Richtige Grund-Lehre des Christlichen Glaubens und Lebens. Sereniss. Princ. ac Dn. Dn. FRIDER. WILH. Duc. ac Domini nostri Clementissimi jussu integre compositam, & varia adhuc Programmata, vel Rectoris vel Decani nomine consignata, ita etiam ex operis Scholasticis, Pietatem Scholasticam addere possumus. Amplior autem eorum numerus exstitisset, si per summam negotiorum molem, qua sine intercapedine oneratus erat, vel eorum, quæ parata jam sunt, editionem, vel novorum, quæ meditabatur conscriptionem suscipere potuisset. Cæterum Academiæ hujus commoda bis velut Rector & aliquoties veluti Promotor promovit, Facultatis Theolog. senis vicibus Decanatu functus fuit, sed privilegia & honores in Theologia summos non nisi unico Max. Rev. & Ampliss. Dn. Weidnero contulit. Præterquam autem quod Academiæ nostræ & in ea Rev. Fac. Theologicæ omni virium robore inservire contendit, simul tamen nihil intermisit eorum quæ Providi, Vigilantis, Cordatiq; Superintendentis munus efflagitare viderentur. Quot ille non contentiones amicabili compositione abrupit? Quot non defectus sua prudentia in melius mutavit, & omnia ad pium Ecclesiæ sibi commissæ incrementum, & gratam Deo fidei & rituum harmoniam direxit? Nullum opus tam grave erat, nullus labor tam arduus, cui ferendo humeros suos non promptissime subdidit. Sive ergo delecti novi mysteriorum divinatorum Præcones sacro suo munere & ordine essent instituendi, sive alia à Sereniss. ac Clementiss. Duce & Dn. suo commissæ sibi negotia expedienda erant, nullam itineris molestiam aut operis gravitatem subterfugebat. Non intermittendum autem hic videtur, quod sæpe e grato Beati ore deprædicari audivimus, cum non tantum diurnis, sed plerumque etiam, ad brevitate destinati temporis lucranda, nocturnis professionibus vacaret, Summum Numen ita indivulsum Comitem ipsi adstitisse, ut nulli unquam violentiæ exponeretur, nec ulla obscuri temporis pericula pertimescere deberet. Quoties electum & constitutum rite vel Superintendentem vel Ecclesiæ Ministrum inauguravit, non tantum e S. suggestu verbum Domini & Servatoris sui incomparabili orationis flumine docuit, sed etiam orationem Inauguralem coram altari summa facundia, quæ omnes ipsum audientes in stuporem conjiceret, habere consuevit. Contigit vero ipsi rara hæc fortuna, ut tribus in his terris Superintendentibus, omni Veneratione dignissimis facem prætulerit. Ita enim hic Rostochii Dominum *Joh. Nicol. Quistorpium*, Theol. D. & Profess. P. O. eatenus Reverend. Minister. Rostoch. Direct. dehinc Güstrovii Max. Rev. Ampliss. Dominum *Joach. Schröderum*, eatenus in Aula Güstrov. Concionatorem meritissimum; denique Sverini Maxima. Rev. atq; Ampliss. Dominum *Joach. Mart. Schumannum*, Affinem nostrum æstumatissimum, antea Cathedralis Eccles. Sverinens. Pastor. Primar. meritissimum, Fautores nostros maximopere colendos, ad gravissimum Superintendentis munus alacremque in eo laborum perfunctionem introduxit. Quatuor, nisi me animus fallit, Præpositis, Inspectionis Specialis curam commisit, inter quos primus est Dn. *Alberti*, Circuli Gadebuscha-Rhenensis, alter Dn. *Cotenus*, Circuli Meklenburgens. tertius Dn. *Conradi*, Circuli Lüboviensis, quartus deniq; Dn. *M. Stoffius* Circuli Grevesmolenis Præpositi fidelissimi. Præterea S. Ordini adscripsit seqq. Dn. Pastores, qui in vinea Christi, uno vel altero ad cælos jam evocato etiam operas Ministro Ecclesiæ dignas peragunt.

Series Dominorum Pastorum, quos B. Dominus Superintendens præviis examinibus exploratos, & à Serenissimo Principe ac Domino, suo confirmatos, introduxit.

Cooptavit autem in Circulo Dobbranensi,

Franciscum Matthiam Witting, Pastorem Redevicensem.

Johannem Witten, Pastorem Kessinensem.

In Circulo Neo-Bukoviensi.

Johannem Danielem Sukow olim Past. Russoviensem qui Sverinum translocatum.

Gabrie

Martinum Coltzum, Past. Alten-Bucoviensem.
Gabrielem Mester, Past. Berenshagensem, qui jam est ἐν τοῖς ἀγίοις.
Hermannum Hertmannum Muller, Past. Alten-Gartzensem.
Petrum Johannem Bänkau, Pastorem Biendorffensem.
Christophorum Joachimum Ething, Past. Substitutum Neo-Bucoviensem.
Wihm. Tornmacher, Past. Ruffoviensem.
Johannem Joachimum Bornahl, Past. Substitutum Berenshagensem.

in Circulo Sternbergensi
inferuit

Fridericum Karst, Pastorem Rucoviensem,
Johannem Fridericum Stavenhagen, Pastorem Lufensem.
Conradum Samuelem Luring, Pastorem Eickelbergensem.
Johannem Andream Selscop, Pastorem Witzinensem.

In Circulo Meklenburgico,

Fridericum Wettstein, Pastorem Zittaviensem.
Johannem Jacobum Gædeke, Pastor. Restkendorffens.

In Circulo Grevesmolenfi,

Nicolaum Petrum Pistorium, Pastorem & Præpos. Grevesmolensem.
Henricum Schaubium, Pastorem Damshagensem.
C. R. Schlätovium, Pastorem Friderichshag.
Johannem Christianum Schuster, Pastor. Grevesmolensem.
Johannem Wilhelmum Pistorium, Pastorem Dieterichshag.
Johannem Fleeg, Pastorem Kalkhorstens.
M. Joachimum Stoeff. Hamb. Pastor. & simul Præpos. Grevesmolensem.
Joh. Schultze, Pastorem Roggenstorf.
Henricum Westerheide, Lub. Pastorem Klütz.

Inter quos, si non primo, certe proximo loco ponendus est J. E. Hahn, Sverin. Ecclesia Cathedr.
Gustroviens. Pastor fidelissimus, cui Grevismole sacri officii prima dedit initiamenta.

In Circulo Gadebuscha-Remenfi

Sequentes instituit, & ad sacra munia introduxit, prouti ē
 Viri B. chartis reperire licuit, siquidem nomina eorum
 nobis nondum communicata sunt,

Christianum Berens, Ecclesiastem Gadebuschensem Ivenacum deinde translocatum.
Henricum Susemühl, Pastorem Pokrent.
Christophorum Goth. Turlag, Ecclesiastem Rhenensem.
M. Hieronymum Nieper, Compast. Rhen. nunc Grammona sacra administrans
Justum Statium Ecclesiastem Gadebusch.
Joh. Jacob. Pagenkopp, Pastorem Vicelubb.

In Circulo Lueboviensfi
introducitos esse meminimus,

Christianum Crull, Pastorem Gressaviensem.
Joh. Christian. Ratken, Past. Nienburg.
M. Johannem Gottfried. Prizelium, Pastorem Hohen-Kirchens.
Georgium Christophorum Schregelium, Pastorem Luboviens.

G

In

In Judicio Ecclesiastico Ducali quam invicto patientis animi robore, quanta fidelitate, quanta integritate, quanta demum prudentia, & quam suavi affabilitate commissis sibi Consiliarii partibus satisfecerit, dici vix potest. Nullius querelas fastidiebat, etsi quandoque ineptas, sed eas mira patientia & humanitate audiebat, ne quispiam haberet, quod ulla veri specie criminaretur: Quod tamen auctoritatem ejus non minuebat sed potius augebat, auctamque confirmabat. Quod vero ad efficaces blanditias, & fallacias alii forte relaturi erant, hoc ille candorem integerrimi pectoris ostendebat, omnis omnino fraudis purissimus. Sicuti vero in deliberationibus & consultationibus presentis semper & considerati, circumspective erat animi: ita perpensæ probe & pronuntiatae semel sententiæ tenax erat, nec alienæ voluntatis mancipium: plus ei veritatis quam auctoritatis & *σωπληνίας* ratio valebat. In abrumpendis autem causis dubiis & litigiis an celerior, an vero felicior fuerit, nescio. Cæterum cogitari facile potest, quantus negotiorum cumulus in variis officiis omnium desiderii & expectationi satisfaciendam obseperit, quibus tamen omnibus dexterrime defunctus est, etsi quandoque ne quidem ad cibandum corpus, & vires reficiendas, momentum ullum superesset. His si adhuc addiderimus creberrimas adventantium visitationes, & commercium literarium adeo frequens, ut ordinarie singulis mensibus LXX. imo plures adhuc epistolas, de causis gravissimis, acciperet & rescriberet, mirandum sane est, quod inter tot onera vitam laboriosissimam eousque producere potuerit. Interea tamen nihil Deo gratius, nihil sua pietate & candore dignius se committere posse judicabat, quam si Academiæ & Ecclesiæ sibi concredita omni virium contentione omni que indelassabili opera inserviret, etsi propriam vitam sic profunderet. Hac vero meritorum copia & domi, & apud externos celebratissimus, eam vivus nominis gloriam reportavit, quæ rarissime defunctos nobilitare solet. Ast tantum abest, ut nunc post beatum Viri excessum famæ ejus celebritas apud gratos unquam oblivionis nebulis involvenda sit, ut potius tam insignis virtutis tantorumque meritorum existimatio majori cura & solitudine ad posteritatem transmittenda videatur: Imo interitum GRUENBERGIANÆ famæ, scriptisque Viri beati solidissimis, sive jam tum orbi erudito exhibitis, sive ex Manuscriptis quamplurimis aliquando parandis dies alius inferre nequit, nisi qui fato novissimo universis rebus caducis suam aliquando afferet exitum. Fieri igitur sic aliter nec potuit, quin magnis & minimis sese inæstumabili virtute sua quam efficacissime commendaret, nemini que sua culpa gravem redderet & molestum. Novimus, tum, in Regum, Principumque aulis ita frequentissime versatum esse, ut & Summi rerum Domini, tum per clementissimam ejus admissionem, tum per gratiosissima cum ipso instituta colloquia, tum per apertam munificentia suæ erga ipsum declarationem, gratia suæ radiis & Celsitudinis suæ folio Beatum nostrum sæpe irradiaverint. Inprimis vero gratissimo ore & impensissimis laudibus Beatum nostrum sæpius profecutum fuisse percepimus, Sereniss. atque Potentiss. Domini, Dn. FRIDERICI WILHELMI, Ducis Regnantis Mecklenburgens. Domini sui & nostri Clementissimi, Gratiam & Clementiam plane singularem, in ipso frequentissime admittendo, tuendo & ornando nunquam defatigatam. Cujus sane gratitudinis suæ, ut barbara isthac voce uti liceat, etiamnum testes literæ adsunt, novissimo ante, quam lethalem lectum conscenderet, tempore, in memorabili quadam causa conscriptæ. Faxit Deus O.M. ut votis sincerissimis, quæ Beatus noster pro Serenitatis ejus incolumitate, & universæ Celsissimæ Mecklenburgicæ Ducalis Familiæ prosperitate sæpe fudit, divina benignitas nullo non tempore respondeat. Verum sicuti primam & potissimam curam Beato nostro fuisse constat, Summo Numini in cultu humillimo, & Sereniss. Principi suo in provinciis sibi commendatis suam probatam dare integritatem: ita subinde non intermisit, omnibus fidem ipsius implorantibus, quantum honeste & pie fieri poterat, grata præstare officia, saltem nullo non tempore omnium commodis honeste inserviendi cupiditate incensus fuit, ut suo etiam detrimento aliorum indigentiam sublevare non dubitaret. Nimirum sic optimum quemque fortunas possidere ratus est, ut eas non dubitaret amittere, quoties alterius necessitati iis posset subvenire. Quapropter cum fortuna & virtus in eo quasi de laudis prærogativa invicem certarent, illa quidem, ut haberet nonnunquam, unde sublevamenta quædam aliis parare posset; hæc, ut quam libentissi-

beatissime aliis succurrere vellet: virtus tamen ejus major semper reperta est, idque effecit, ut cum auxilia ferre non posset, vellet tamen; & cum posset, ampliori tamen, quam posset, usui esse perpetuo concupisceret. Innumeros sic indefessa benignitate sua sibi devinctos reddidit, quos nunc prematuri ejus obitus acerbitas in summam conjecit tristitiam. Inprimis vero sanguinis atque affinitatis vinculo secum conjunctos prorsus tenerrimo affectu profecutus est, nec ullas suas vires, curas, atque operas cuiquam eorum, hoc nexu ei copulatorum, deesse passus fuit. Imo Parentes, & in his superstitem adhuc Dominam Matrem, fratres & sorores, non filiali & fraterno, sed velut alter Josephus, fere paterno amore fovit & ornavit. Sic cui Patris nomen torus denegaverat, bene & paterne de pluribus merendi studium omni jure concessit. Non enim sola prolem suscipiendi felicitas, quæ etiam pessimis communis est, Patres efficit; efficit maxime paternus affectus, paternis beneficiis quamplurimos obligans. Erat Beatus noster in fecundo matrimonio secundo genitus, ætate ipsum antecedente Viro maxime strenuo, Domino *Henrico Christiano Grunenbergio*, Architecturæ militaris scientia instructissimo, qui hodiernum Dei gratia superest, & post navatam aliis Principibus in militia fidelem operam, in Potentiss. Svecorum Monarchæ *CAROLI XII.* servitiis Stadæ munitionibus struendis occupatur, in conjugio cæteroquin vivens felicissimo, cum Nobiliss. atque Virtuoss. femina, Domina *Eleonora Sprengelia*. Quemadmodum vero huic fratri suo ætate majori omnem, quæ ab ipso expectari poterat, benevolentissimæ voluntatis, fraternique affectus promittitudinem innumeris occasionibus declaravit: ita, quotquot in reliqua octo fratrum & sororum serie ipso ætate sunt inferiores, Beato nostro suos vel in literis progressus, vel in vita alenda honestatem, vel in conjugii inmundis felicitatem, se debere, grato ore profitentur. Ipse vero divinæ gratiæ unice tribuere volebat, si qua in re commoda suorum amplificare potuerat. Vidit autem, sibi quæ impense gratulatus est, fratrem *Jochimum Dietericum*, superatis tandem difficultatibus quibusdam, Rôbeliæ partes suas ex sententia obire. Vidit sororem *Beatam Catharinam*, virtuosissimam feminam in thoro Plurimum Reverend. atque Præcellentiss. Domini *M. Hieronymi Nieperi*, de Scholasticis pariter, atque Ecclesiasticis rebus, non uno hætenus loco bene meriti, & Ecclesiæ, quæ Crammonæ colligitur, hodie Pastoris fidelissimi. Longe suavissima, longeque acceptissima ipsi semper fuit *Blucheria*, primo lapide a Boizenburgo distantis, mentio, qui locus Plurimum Rever. atque Ampliss. Domino *Hannoni Henrico*, ante hac in Hamburgensium navi quadam bellica in Hispaniam abeunte sacra administranti, nunc vero illius Ecclesiæ Pastori solertissimo, concionique suæ gratissimo, in dulcissimis amplexibus Prænobiliss. atque omni virtutum genere ornatiss. Domine, *Anna Margareta Hechtoria*, Conjugis suæ amabilissimæ, placidissime viventi, hospitium præbet, ubi etiam aliquoties in jucundissimo cognatorum commercio laborum intercapedine fruitus est. Verum nec sine impenso animi gaudio Brunsvigæ celeberrimi inferioris Saxonie Civitatis meminisse solebat, ubi instructissimam, condecoratissimamque *Hedevigam Dorotheam* Sororem ipsius secundo genitam multo amatissimam in quietissimo conjugio fovet Vir Ampliss. atque Præcellentiss. Dnus *Fridericus Weichmannus*, Beati nostri in Ludi Harburgens. Conceptoratu primum Collega, & deinde in Receptoratu Successor longe dignissimus, postea vero Gymnasii Wolfenbüttelensis & nunc demum Brunsvicensis Martiniani Moderator celeberrimus. De cætero curas suas in fortunam Viri Max. Strenui Dni *Adolphi Friderici*, matrimonio cum Nobilissima *Margareta Elisabetha Mettgangs* colligati qui in bellicis artibus excolendis usque ad Centurionis dignitatem emerfit, sæpe contulit. Vidit vero ulterius dilectiss. Sororem *Annam Mariam*, conjugiali vinculo Plurim. Rev. atque Clariss. Dno *Petro Johann. Bunsorio*, Biendorffensis Ecclesiæ Pastori fideliss. sociatam. Cumque una hætenus superesset Soror, virtutibus suum sexum decentibus optime instructa Virgo, *Anna Elisabetha*, ipse feralis lectus hanc ei voluptatem ultimum attulit, ut eandem adhuc thoro Viri Plur. Rev. atque Clariss. Dni *Jochimi Henrici Eggebrecht*, electi nuper Penzlinensium Ecclesiæ destinari viderit. Denique fratrem ætate omnibus cedentem, *Gorhofredum*, rebus suis *Kalkhorsti* contentum vidit etiam, sibi quæ ita, quod suis provisum sit, lætatus est. Horum vero omnium literarum multo tristissima satis patefaciunt, quantopere insperatus dulcissimi sui fratris, imo Patris, ipsi enim hac appellatione utuntur, obitus pectora eorum afflixerit? Testabuntur illi, quoad vivent, & in ore non minus quam animis habituri sunt, sui quondam nunc beatissimi

beatissimi JOHANNIS PETRI, amorem benignissimum nulla locorum distantia, nulla factorum vicissitudine interruptum. Sed in hoc vere fraterni affectus elogio iis haud cedent, qui Beato nostro affinitate proxima juncti fuere. Enim vero non satis verborum ipse ego D. Kœpkenius reperire potuero, quibus mirificum & incredibilem mei amorem, indefinentesque rerum mearum curas, quas inde à primo conjunctionis vinculo suscipere non recusavit, patefacere, commendare atque illustrare, queam. Virtuosissimum ejus exemplum nunquam non ad majora me excitavit, saluberrima ejus consilia mirum in modum studia mea Academica promoverunt, dulcissimus ejus convictus & habitationis conjunctio frequentissimumque cum ipso commercium variam occasionem animum ubivis confirmandi mihi præbuerunt. Nunquam immemor esse poterò literarum humanissimarum, quibus ex Academia Julia in hoc Roletum me, etsi nolentem initio, retraxit, iteratis de maturando reditu consiliis hæc subjiciens: *ne dubites mutare terram, & ad nos reverti, præsertim cum valde sperem, Te hic inventurum aliquando esse, quod honori sit, gloriaq̃, quodq̃, Deo quiete colendo sufficiat & demum sic finiens: Quod si quid unquam valent mea vota, nunc ea valere cupio, & ut petenti obsequaris, rogo. Nihil mihi jucundius, gratiusq̃, agere poteris.* Nec mecum ex memoria unquam delebit uxor mea suavissima, *Anna Catharina Papenia*, demonstrati erga nos vicinos suos calidissimi affectus integritatem, mirificam oris dulcedinem, omniumque virium ad augendas res nostras propensionem. Sic etiam fratres mei *Brandannus Fridericus Kœpkenius*, J. U. Candidatus, & Facult. Theol. Secretarius, ut & *Georgius Wilhelmus Kœpkenius*, J. U. Licentiatus, & Ducalium Judicior. Advocatus, animis suis excidere minime patientur, quæ fide liberalium artium studiis ipsos jam in schola Harburgeusi instituerit, quibus monitis eos in Academiis agentes excitaverit, quo ardore ad ipsos varie orandos contenderit, quantoque amore Nobiliss. Eorum uxores, Dominas, *Margaretham Euprosinam Sibrandiam*, & *Evam Catharinam Duggensiam*, fuerit amplexatus. Ea verò etiam spes erigebat quartum inter affines, *Davidem Joach. Zimmermannum*, Juris Studio in hac Acad. operam navantem, fore, ut æstumatis. sui affinis curæ ipsius saluti itidem consulerent: quæ tamen, DEO ita volente, excidit, insuperabili hinc dolore in reliqua lugentium cohorte perturbatus. Apud hos omnes amatiss. *Grüenenbergii* nomen æternis laudibus florebit: cumque dignas in ipsos meritis grates inter vivos adhuc degenti repohere non licuit, omnium sincerissima hæc sunt vota, precesque, ut Deus elevatam ad superos animam eo majori gaudiorum cumulo recreare, corpori vero tanto securiorem in terra quietem concedere velit, donec animæ suæ redunitum interminabili voluptate una perfruatur. Superest, jam ut novissima Viri beati recenseamus. Etsi provida & benigna natura *Grüenenbergium* nostrum vivido & salubri corpore liberalissime donaverat, ipseque integrum ejus vigorem summa sobrietate, nec interrupta unquam temperantia conservaverat: fieri tamen non potuit, quin concatenati labores & nocturnæ vigiliæ ad diurnas operas perpetuo adjunctæ, professionumque muneris sui causa suscipiendarum molestiæ valetudinem ejus aliquando interciperent; in eo tamen insigni utebatur felicitate, ut si quando imbecilliori corpore laboraret, brevi tempore restitueretur; nec enim ei per negotiorum frequentiam diu corpus curare licuit. Accidit autem, ut superioris anni mense novissime ad Inaugurationem novi pastoris Vitelübbum prope Gadebuscham tenderet, indeque Sverinum profectus Illustribus Aulæ Meklenburgicæ Primatibus, quod sperare nemo potuerat, fidem atque officia sua ultimum testaretur. Hinc Beidendorffii implicatis rebus nonnullis patientissime honestissimeque compositis, per castra Danica vicinam Wisnariam tunc obsidentia iter ingrediebatur, multaque benevolentia & favore Generosiss. Excellentissimique *Dn. Ranzovii*, copiarum Danicarum ibi relictarum Ducis Illustrissimi, nec non incomparabili, summamque dignitatem mirum in modum ornante humanitate Generosissimi itemque Excellentissimi *Dn. Legardii*, in iisdem castris Ducis locum tenentis maxime strenui, egregie usus, Rostochium suum repetebat; ubi licet negotiis in triplici officio suo efficiendis sufficere videretur, & ad maturandos labores seras noctes assumeret, mutatum tamen vultus splendorem aliqui observarunt. Quos non fefellisse sensus suos, sequentium dierum decursus patefecit. Siquidem proximo ante ingrediens Natalitiorum festum die de virium imbecillitate conqverebatur, cujus tamen graviora augmenta ne utiq̃væ sperans sacre concioni sub ipsis feriis se nolebat subtrahere. Alterius festi diei vespertino tempore in templo Mariano degentem febris aggredebatur, quæ nutanti gressu domum repentem

tem lecto intulit. Primis diebus spes erat pristinum corporis robur cum esse recuperaturum, quod & ipse Prænob. Excellentiss. atq; Experientiss. *Dn. Schaperus* Medic. Doctor & Professor Celeberr. & Sereniss. Ducis ac Domini nostri Consiliariis Aulicus Splendidiss. varia fide ejus conseruationi prospiciens, promittebat; sed aduenientis anni primordia luctuosissimum ejus casum, quâ modo subsecutus est, minabantur. Ecce verba laudati *Dn. D. Schaperi*:

Ad morbum Celeberrimi nostri Theologi, *GRUENENBERGII*, Collegæ mei Suavissimî, nunc desideratissimî, quod attinget, erat febris ardens biliosa, quâ die 26. Dec. præteriti anni corripiebatur, hujus initium non solum illicò comitabatur linguæ atque faucium insignis ariditas, cum manifesta partium carnosarum contabescencia, sed utriusque comes simul erat ventriculi molesta gravitas, atque tensio in respiratione impedimentum non leve inducens, & frequentissimam flatuum urgens eructationem cum sapore oris amaro constanti. Quibus vultus alias optime sanus statim morbi initio & festinato cursu summe emaciatus & oculorum alias naturalis optimus splendor in torvum mutatus junctus erat. Tales morbi comites non aliud mihi suppeditare poterant Prognosticon, quàm morbum hunc aut more acutarum febricum esse terminaturum, aut si mitius ageret, degeneraturum in febrim Lentam; imprimis cum Virium depauperatio simul ex eo, quod juxta ipsius consuetudinem etiam brevi ante morbum negotiis & laboribus indefessis essent consumptæ. Horum igitur symptomatum omnium causæ principali ut ut convenientibus & exquisitis remediis iretur obviam, quibus partim collecta saburra biliosa educebatur, partim corrigebatur, & inde quoque Æger levare se sentiret, non tamen id obtineri poterat, ut sanguis à bile disturbatus per debitas liberaretur vias, quin potius redirent exacerbationes cum intercurrentibus deliriis: cumque virium parvus adesset numerus, nec ita facile nec optimis nutrientibus reparari possent, omnis sollicitudo atque labor ægrum conservandi privabatur successu, unde factum ut die post nonum morbi sui proxima sed ad dimidium vix absoluta placide obdormiret, non solum cum luctu adstantium cognatorum, amicorumque insigni, sed & Academiæ ipsius nostræ, quæ illius jacturam mesito luget.

Quemadmodum vero per universam vitam, mundi hujus rerum vanitatem parvi pendebat, & inter frequentissimorum laborum curas ad istam coelestem requiem sæpius anhelabat; ita & in hac postrema corporis imbecillitate, etsi ad vitæ hujus spem nonnunquam erigebatur, sapientissimæ Numinis supremi voluntati totum se committebat. Cum sapissime illius lecto ego mœstus adstarem, ipse non raro providi rerum humanarum Moderatoris favorem mihi promittebat, meque constanti animo in DEI providentia jussit acquiescere. Videbatur mortis hora sub initium diei quarti Jan. jam ingravescere: quo tempore cum e somno excitatus ad ægrotum adventarem, eumque viribus ferme fractis offenderem, in multorum præsentia ad DEUM flagrantissime precari cœpi, eumque ad fiduciam in vulnera JESU ejusque inastimabilia merita ipsum forte excitassem, addito hoc promisso, quod ipsum veluti fidelem, servum etiam in summa necessitate relicturus non esset, iteratis vocibus mutavit verba mea & cum dicerem: *den treuen/ den braven Grünenberg / aliquoties dixit: den elenden/ den armen Grünenberg /* altaque voce, qua per universum morbi tempus usus non fuerat, subjecit: *Jesus lässt mich nicht / ich lasse Dich nicht / das eine siehet fest in Deiner Göttlichen Wahrheit: das andere siehet bey mir / ich lasse dich nicht.* Plura vero elogia addebat quibus præsentis suæ Conjugis, quæ mirifica amoris dulcedine hætenus cum marito suo certaverat, merita in se extolleret; & dehinc divinæ gratiæ & præsidio, quæ incomparabili solatio ipsi futura esset, eam commendabat. Etsi vero vita ipsi paululum adhuc differretur, non discessi tamen ex moribundi ædibus, sed augefcentem morbum precibus meis emollire studui, quibus ille cum voce amplius non posset, erectis, sed stupentibus jam manibus respondere non intermisit. Accessit etiam commodum Max. Rev. atque Amplissimus *Dnus WEIDNERUS*, Theol. & Phil. Doctor celeberrimus, Affinis noster æstumatissimus, & non tantum in agoræ constituto, sed pleno rationis usu ad finem usque constanter instructo alloquiis saluberrimis & indefessis precibus adstitit; sed etiam cum nobilissimam animam exhalaret, eam multa benedictione comitatus fuit, deinde vero lachrymabilem tristissimæ viduæ & reliquorum cognatorum conditionem pro sua benevolentia solatus est. Sic ergo ad superos evasit Venerabilis *Dnus GRUENENBERGIUS* noster, & sine dubio multa æternæ salutis

salutis gratulatione à beato ipsius Parente, qui fere sub idem anni tempus Anno 1703. d. 24. Jan. terræ fuit illatus à dilectissima honoratissimaque ejus Socra, Matre mea desideratissima, quæ proximis abhinc mensibus in ipsius Beati ædibus diem obiit supremum, & suo ad coelestes abitu Ipsum non minus, quam reliquos liberos vehementissime affixit, aliisque in beatorum consortio degentibus fuit receptus. Vere autem nunc attingit, quod in Symbolo initiales nominis sui literas representante sibi solebat promittere: *In Paradiso Gaudebo Hic Lugens*. Ibi locorum nunc degit, ubi vere gloriari potest: *Hic nihil invidia*. Cumque majoris tranquillitatis spe semet aliquando reficeret: *olim montana virebunt*, voti sui nunc demum plene particeps factus est. *ImpiGer HeLionem* æternæ felicitatis ascendit, ubi sempiternis gaudiis perfunditur, nobis interim omnigenam ejus virtutem frustra requirentibus, & hinc mœrore gravissimo languescens, imo vere confectis, nisi divina gratia nobis solatio esse, & vulneribus nostris mederi voluerit.

Hæc hæcenus Excell. Collega N. Dnus KOEPKENIUS, verus actionum Grûenberginarum insucatusque testis. Et sic DEO Auctori suo B. N. animam suam in confirmata fiducia placidus reddidit, postquam vivendo absolvit XLIV circiter annos longævâ vita dignissimus. Acti anni fugaces, *punctum est quod vivimus, & adhuc puncto minus*, exclamante *Seneca Ep. 49*. Sigillatim, quod Literatos concernit, quam præcipitata, ut plurimum, illorum fata sunt, qui præstantissimi inrer illos habentur, tot exempla docebunt, quæ *Paulus Jovius* in Elogiis suis, *Nicius Erebræus* in *Pinacotheca*, *Joh. Imperialis* in Museo historico, *Scævola Sammarthanus*, *Gnil. Batesius*, *Carl. Patinus*, *Melch. Adami*, *Henningius Witte*, *Reiserus*, *Theophilus Spicelius* in literato felicissimo, & alii plures collegerunt. Ferente ergo hac occasione, commemorabimus brevissimis Theologos superioris seculi in hac Academiaolim viventes non, attingentes annum ætatis quinquagesimum, & quidem, ut hoc notatum legimus in *Protocollo Rev. Facult. Theologica* omni fide firmato.

Anno 1603. *David Lobechius*, Hamburgens. Th.D. & P. P. ac Archi-Diac. Jacob. excellentibus ingenii, eruditionis facundia, dexteritatis in docendo & humanitatis (sunt Verb. Prot.) donis præditus, peste correptus placide obiit, cum magno Ecclesiæ & Academiæ damno, & ingenti omnium mœrore. Anno ætatis suæ XLIII.

Johannes Affelmannus, Sufatens. Westphal. Th.D.P.P. cognitione lingvarum, eloquentiæ dotibus, inprimis Theologiæ, cui illustrandæ natus & factu erat, ac controversiarum in ea occurrentium peritia probe instructus, donis in concionando egregie ornatus, Annum ætatis XXXVI. ingressus A. C. 1624. d. 28. Febr. vivere desiit.

Johannes Tarnovius, Grevismola-Megapol. Theol. D. P. P. cum per Annos XV. egregie professione Theologicâ functus esset, annumque superasset XLIII. pie & placide obdormivit, A. C. 1629. Vir lingvarum Orientalium perquam gnarus.

Johannes Kleinus, Solqvellenf. Marchicus Th. Prof. nondum renunciatus Doctor, juvenis admodum XXVII. Annos natus, eximio ingenio, Eloquentiâ, & Historiarum præclara cognitione præditus, Academiæ sublatus est Anno 1631.

Valentinus Leydaus Swerinenf. Th. D. & Prof. Publ. cum annos vixisset XLII. & in Theologia docuisset per X. Annos, Vir probus & candidus, in Disputando exercitatus, Anno 1634. pie defunctus est.

M. Samuel Bohl, Gryphenberg. Pomer. Theol. Prof. in Lingvis Orientalibus versatissimus, quas tanto docuit studiosæ Juventutis confluxu, quanto quod scierunt Antecessores N. ante Eum Nemo, ætatis Anno XXVIII. Christi 1638. morte abreptus est.

Daniel Michael, Gustroviens. Theol. D. & P. P. Vir studii assidui, & eruditionis haud vulgaris in Disputationibus probatæ, obiit Anno ætatis XXXI. A. C. 1682.

Johannes Fridericus König, Dresdenf. Theol. D. P.P. & Superintend. Mecklenb. Ratzeburgicus, Theologus acutissimi judicii, Anno 1664. ætatis XLV. in Domino mortuus est.

Johannes Qvistorpius, B. Parens noster, Theol. D. & per 20. annos Prof. Theol. Pii pacis Ecclesiasticæ (sunt verba Celebrissimi jam & B. Varenii in libr. Facult. notata) desideriiis

riis, promovendâqve temporis emendatione bonis omnibus commendatus Anno Christi 1669. d. 24. Decembr. t. t. Rector Magnificus, ætatis suæ XLVI. in Christo obdormivit.


Henricus Mullerus, Rostoch. Th. D. P. P. variis scriptis præcipue homileticis perquam egregie celeberrimus, Vir limati iudicii & memoriæ incomparabilis, pie defunctus est Anno 1675. ætatis circiter XLIV.


Zacharias Grapius, Theol. D. & P. P. Vir solidæ eruditionis, & orthodoxiæ ex toto pectore deditus, fama & clarissimus placide in Domino obdormivit, Ao. C. 1679. Annum ætatis agens. XLIII.


Iustus Christoph. Schomerus, Lubecens. B. *Grapii* in Officio & Prof. nec non Superintend. successor dignissimus Theol. D. P. P. Vir in omni literaturâ versatus, solidæ eruditionis, & Orthodoxiæ Defensor strenuus, fama celeberrimus, cum annos XLV. vixisset Ao. 1693. ad meliora vocatus est.


His annumeratur in præsentī seculo Celeberrimus *Joh. Petr. Grunenbergius*, Harburgens. Luneb. B. *Schomeri* optimus in omni officio sacro successor, Vir omni encomio dignissimus, teste hoc nostro programme. Hic animam suam reddidit *Sopitori* suo annum ætatis nondum absolvens XLIV. Ex his vel hodie patet, quam infirma & tenera Literatorum Excellentissimorum valetudo. Non defuerunt quidem, qui protrahendæ vitæ haud contemnendum medium esse iudicant, si diligenter stomachi, cordis, cerebri, spirituumque vitalium cura habeatur. Quod si enim sua artifices instrumenta, quibus opus moluntur, probe curant, soliteque tuentur; quidni in deliciis habeant illa animi corporisque instrumenta, quibus æternitati operantur. Præsertim cum tot morborum agmina illis insidiantur, & vix alius mortalium ordo existat, qui fragilitatis humanæ casus & citius & frequentius experiatur, quam Doctorum. Hinc *Marsilius Ficinus*, Platonicæ Sæctæ propugnator strenuus, librum de literatorum valetudine curanda, orbi literato quondam obtulit; nec non Vir vere illustris *Baco Verulamius*, Sermon. Fidel. XXX. & alii plurima saluberrima media suppeditare non gravati sunt. Verum optimorum Doctorum experientium vitam hanc mortalem brevissimam esse, artem autem longam, ingenua cura & sollicitudo est, ut eo studia, actiones, cogitationesque omnes dirigant, quo solidam vitæ extendendæ rationem consequi & ad non intermorituram longævitatē aspirare queant. Recte enim iudicant, illum jam benè vixisse, qui ad normam *supremi Numinis* semper vivere contendit, utut iussu ejus vivere brevi desinat, satis tamen diu vixisse censendus sit. Sic B. N. in vita sua contendit vivere ad normam *supremi Numinis*, non vivere sibi, sed aliis, bene ergo vixit, & pie mortuus est in his terris, vivens in æternum in conspectu DEI sui, ab omni mortis metu jam remotus. Breve equidem spatium, si ex desiderio *pietissimæ Viduæ* quam maxime deplorantis immaturum obitum *suavissimi sui Mariti*, Cognatorum, Agnatorum, Excellentiss. Dnorum Affinium aliorumque lugentium, qui ipsius vitam vel de sua augeri præoptant, iudicio æstimetur; satis longum tamen, si, quod verius, ex voluntate *supremi Numinis* censetur. Vestrum autem hodie est *Cives Academici* ut Excellentissimi Viri de Ecclesia & Academia præclarissime meriti *funus solemne* sequamini. Ite nunc, quotquot *Viri tanti* Fautores, Amici, Cultores, Clientes, extitistis, Ite *querula Musa*, & exuvias *summe Reverendi Vestri Theologi, Chrysostomi* quasi redivivi, ad quietorium suum comitamini. Durabit vobis ex eo, quorum alterum solatio, alterum optimæ lectioni erit, perpetuum Viri desiderium, perpetuum ejus exemplum.

B. P. Rostochii die CHRYSOSTOMI in fastis Sacro, olim & Natali B. F.
seu 27. Jan. sub sigillo Facultatis Theol. Anno 1712.










33
LBMV Schwerin
000.188 018





aliis succurrere vellet: virtus tamen ejus major semper reperta est, idque effecit, ut
 ferre non posset, vellet tamen; & cum posset, ampliori tamen, quam posset, usui
 suo concupisceret. Innumeros sic indefessa benignitate sua sibi devinctos red-
 dit nunc præmaturi ejus obitus acerbitas in summam conjecit tristitiam. Inpri-
 sanguinis atque affinitatis vinculo secum conjunctos prorsus tenerrimo affectu
 est, nec ullas suas vires, curas, atque operas cuiquam eorum, hoc nexu ei
 n, deesse passus fuit. Imo Parentes, & in his superstitem adhuc Dominam Ma-
 res & sorores, non filiali & fraterno, sed velut alter Josephus, fere paterno amore
 navit. Sic cui Patris nomen torus denegaverat, bene & paterne de pluri-
 li studium omni jure concessit. Non enim sola p olem suscipiendi felicitas,
 pessimis communis est, Patres efficit; efficit maxime paternus affectus, pater-
 nis quamplurimos obligans. Erat Beatus noster in foecundo matrimonio secun-
 atate ipsum antecedente Viro maxime strenuo, Domino *Henrico Christiano*
io, Architecturæ militaris scientia instructissimo, qui hodiernum Dei gratia
 & post navatam aliis Principibus in militia fidelem operam, in Potentiss. Sveco-
 chæ *CAROLI XII.* servitiis Stadæ munitionibus struendis occupatur, in conjugio
 ssumo, cum Nobiliss. atque Virtuosiss. femina, Domina *Eleonora*
 dum vero huic fratri suo atate majori omnem, quæ ab ipso ex-
 ntissimæ voluntatis, fraternique affectus promptitudinem innume-
 it: ita, quotquot in reliqua octo fratrum & sororum serie ipso æ-
 o nostro suos vel in literis progressus, vel in vita alenda hone-
 ineundis felicitatem, se debere, grato ore profitentur. Ipse ve-
 ibuere volebat, si qua in re commoda suorum amplificare potue-
 e impense gratulatus est, fratrem *Joachimum Dietericum*, supera-
 yibusdam, Rôbeliæ partes suas ex sententia obire. Vidit sororem
 iostissimam feminam in thoro Plurimum Reverend. atque Præcellentiss.
Tieperi, de Scholasticis pariter, atque Ecclesiasticis rebus, non uno ha-
 & Ecclesiæ, quæ Crammonæ colligitur, hodie Pastoris fidelissimi.
 ve acceptissima Ipse semper fuit *Blucheria*, primo lapide a Boizen-
 qui locus Plurimum Rever. atque Ampliss. Domino *Hannoni*
 mburgensium navi quadam bellica in Hispaniam abeunte sacra ad-
 illius Ecclesiæ Pastori solertissimo, concioni quæ suæ gratissimo,
 Prænobiliss. atque omni virtutum genere ornatiss. Domine, *Annæ*
 njugis suæ amabilissimæ, placidissime viventi, hospitium præbet,
 cundissimo cognatorum commercio laborum intercapedine fructus
 enso animi gaudio Brunsvigæ celeberrimi inferioris Saxonie Civitatis
 instructissimam, condecoratissimamque *Hedevigam Dorotheam*
 enitam multo amatissimam in quietissimo conjugio fovet Vir Ampliss.
Fridericus Wechmannus, Beati nostri in Ludi Harburgens. Con-
 ga, & deinde in Rectoratu Successor longe dignissimus, postea vero
 nis & nunc demum Brunsvicensis Martiniani Moderator celebra-
 ras suas in fortunam Viri Max. Strenui *Dn. Adolphi Friderici*,
 ilissima *Margareta Elisabetha Mettigangs* colligati qui in bel-
 usque ad Centurionis dignitatem emerit, sæpe contulit.
 iss. Sororem *Annam Mariam*, conjugiali vinculo Plurim. Rev.
 ero *Johann. Bunsovio*, *Biendorffensis* Ecclesiæ Pastori fideliss.
 hætenus superesset Soror, virtutibus suum sexum decentibus opti-
Anna Elisabetha, ipse feralis lectus hanc ei voluptatem
 dem adhuc thoro Viri Plur. Rev. atque Clariss. *Dn. Joachimi*
 electi nuper Penzlinensium Ecclesiæ destinari viderit. De-
 anibus cedentem, *Gorhofredum*, rebus suis *Kalkhorsti* contentum
 quod suis provisum sit, lætatus est. Horum vero omnium lite-
 s patefaciunt, quantopere insperatus dulcissimi sui fratris, imo
 ppellatione utuntur, obitus pectora eorum affixerit? Testabuntur
 in ore non minus quam animis habituri sunt, sui quondam nunc
 beatissimi

